

COME DICTIO DIVENNE CLITIO LANFRANCO DI PAVIA E LA *RHETORICA AD HERENNIIUM*

Roberto Limonta
(Università di Salerno)

1. Augustinus, *De doctrina christiana*, II, 40.60

Philosophi autem qui vocantur, si qua forte vera et fidei nostrae accomodata dixerunt, maxime Platonici, **non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tamquam ab iniustis possessoribus in usum nostrum vindicanda. Sicut enim Aegyptii** non tantum idola habebant et onera gravia, quae populus Israel detestaretur et fugeret, sed etiam vasa atque ornamenta de auro et de argento et vestem, quae ille populus exiens de Aegypto sibi potius tamquam ad usum meliorem clanculo vindicavit, non auctoritate propria, sed praecepto Dei, ipsis Aegyptiis nescienter commodantibus ea quibus non bene utebantur; **sic doctrinae omnes Gentilium** non solum simulata et superstitiosa figmenta gravesque sarcinas supervacanei laboris habent, quae unusquisque nostrum, duce Christo, de societate Gentilium exiens, debet abominari atque devitare, sed etiam **liberales disciplinas usui veritatis aptiores et quaedam morum praecepta utilissima continent**, deque ipso uno Deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos. Quod eorum tamquam aurum et argentum quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis divinae providentiae, quae ubique infusa est, eruerunt, et quo perverse atque iniuriose ad obsequia daemonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre Christianus **ad usum iustum praedicandi Evangelii**.

2. M. Tulli Ciceronis, *De inventione*, I, 1

Saepe et multum hoc mecum cogitavi, bonine an mali plus attulerit hominibus et civitatibus copia dicendi ac summum eloquentiae studium. Nam cum et nostrae rei publicae detrimenta considero et maximarum civitatum veteres animo calamitates colligo, non minimam video per disertissimos homines invecam partem incommodorum; cum autem res ab nostra memoria propter vetustatem remotas ex litterarum monumentis repetere instituo, **multas urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias intellego cum animi ratione turn facilius eloquentia comparatas**. Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem **sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam**.

3. Cornifici seu Incerti Auctoris *Rhetorica ad C. Herennium*, I, 2-4

2. Oratoris officium est de iis rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus et legibus constitutae sunt, cum adsensione auditorum, quoad eius fieri poterit. **Tria genera sunt causarum**, quae recipere debet orator: **demonstrativum, deliberativum, iudiciale**.

Demonstrativum est, quod tribuitur in alicuius certae personae laudem vel vituperationem. Deliberativum est in consultatione, quod habet in se suasionem et dissuasionem. Iudiciale est, quod positum est in controuersia et quod habet accusationem aut petitionem cum defensione. Nunc quas res oratorem habere oporteat, docebimus, deinde quo modo has causas tractari conueniat, ostendemus.

3. Oportet igitur esse in oratore **inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronuntiationem**. [...]

4. INVENTIO in sex partes orationis consumitur: in **exordium, narrationem, divisionem, confirmationem, confutationem, conclusionem**.

4.

Olderico Vitale, Historia Ecclesiastica, IV, ii 209-210

[Lanfrancus] ab annis infantiae **in scholis liberalium artium studuit**, et **secularium legum peritiam** ad patriae suae morem intentione laica fervidus edidicit [...] in ipsa aetate **sententias depromere sapuit**, quas gratanter iurisperiti aut iudices aut pretores civitatis acceptabant [...]

[Lanfrancus] magister processit, quo **docente philosophicarum ac divinarum litterarum bibliotheca effulsit**. In utraque nodos quaestionum solvere potentissimus erat.

Guitmondo di Aversa, De corporis, in PL, 149, 1428

[...] ipsum D. Lanfrancum **virum aequae doctissimum liberales artes** Deus recalescere, atque optime reviviscere fecisset.

Roberto di Torigny, Cronaca, sub anno 117

Hic dum esset juvenis magistrum Lanfrancum, priorem Becci, **de secularibus et divinis letteris tractantem in illa famosa schola quam Becci tenuit**.

Lettera di papa Niccolò II a Lanfranco (1059) [PL 143, coll. 1349-1350]

Nicolaus, episcopur servus servorum Dei, fratri Lanfranco, salutem et apostolicam benedictionem. [...] Hos igitur nostrae dilectionis filios, imperatorios cappellanos et nostros, **dialectica et rhetorica arte caritati vestrae mittimus edocendos**, ut sicut te, Deo gratias, singularem in hoc bivio audivimus.

Lettera di papa Alessandro II a Lanfranco (1061-63) [PL 143, coll. 1353a]

[...] **ab omnibus fere mundi partibus ad tuae fluentia eloquentiae multos allexit**, [...] ad ejusdem tuae eloquentiae dulcedinem nimium gliscentem dirigere cupimus, qui tamen Deo gratias, **grammaticae artis peritia bene instructus, dialecticae omnino non est alienus**.

5. Lanfranco, Commentarii in omnes Pauli epistolas, PL 150

15. LANFR. *Quicumque enim voluerit placere*, etc. **Praeceptum est in rhetorica ut, cum aliquis vult persuadere aliquid, in principio et in fine mentionem faciat**, quod facit Apostolus dicens: nolite facere quod vobis pseudo suadent, ide est, circumcidi, quia propter hoc faciunt ut placeant Judaeis in carne vestra truncata, et non patiantur ab eis persecutionem in praedicatione crucis. [Ad Galatos, VI, 285a]

4. *Neque principum*. Principes hic vocat egregios philosophos, a quibus et per quos philosophia inventa est. Quo nomine in saecularibus etiam litteris censentur, ut **Cicero in topicis**. *Utriusque* – inquit – *princeps, ut mihi videtur, Aristoteles fuit*. [da Cicero, *Topica*, II.6]
[Ad Romanos, II, 161c]

6. Rhetorica ad Herennium, II, 26, 42

Item vitiosum est, cum ide, de quo summa controversia est, parum expeditur et, quasi transactum sit, relinquitur, hoc modo:

Aperte fatur dictio, si intelligas

Tali (dari arma, qualis qui gessit) fuit,

Iubet, potiri si studeamus Pergamum.

Quem ego me profiteor esse: me est aecum frui

Fraternis (armis) mibique adiudicariet,

Vel quod propinquus vel quod virtute aemulus.

7. Durham Cathedral Library, MS C.IV 7 fol. 34va

Dominus autem Lanfrancus dicebat quia Clitio fuit quidam miles, et similiter Studemus et Pergamus, et legebat ita deceptus ignorantia historie: Clitio fatur et iubet dari tali etc.; Studemus iubet dari Pergamus, sed ego confiteor esse mea, dixit Ajax etc. Et raserat inde 'potiri' et 'si'.

L'illustre Lanfranco, invece, sosteneva che Clitio fu un guerriero, e allo stesso modo Studemus e Pergamus, e ingannato dalla propria ignoranza delle vicende, così interpretava [i versi]: Clitio afferma e ordina che siano date [le armi] a colui etc.; Studemus ordina che siano date a Pergamo, ma io rivelo che sono mie, disse Aiace etc. E così ha espunto 'potiri' e 'si'.

8. *Catalogi Bibliothecarum Antiqui* collegit Gustavus Becker, I Catalogus saeculo XIII vetustiores II Catalogus catalogorum posterioris aetatis, apud Max. Cohen et filium (Fr. Cohen), Bonnae 1885 (p. 138 e p. 154)

53. **Augusta Vindelicorum = Augsburg.** saec. XI.

54. **Bernardus.** saec. XI.

Hi sunt libri quos bernardus proprio sumptu conscribi fecit.

1. Ysagoge. cathegoriae. periermenias. topica. liber syllogismorum secundus. liber diuisionum. liber diffinitionum. liber syllogismorum ypoteticorum. Ante praedicamenta boetii. hi omnes VIII in uno sunt uolumine. — 2. commentum cathegor. — 3. commentum in topica. — 4. topicae differentiae et prior liber syllogismorum cathegoricorum et quaedam excerpta uel quaestiones de dialectica in uno uolumine. — 5. iterum topicae differentie in altero uolumine. — 6. regulae minuciarum et quaestiones Lantfranci in uno uolumine. — 7.

68. **Tullum Leucorum = Toul.** ante 1084.

Hi sunt libri inuenti in armario Scī APRI temporibus abbatis Widonis.

250. Lantfrancus de dialectica vol. I. — 251. musica Boetii cum Euclide de geometria vol. I. — 252. Boetius de arithmetica cum Girberto de abaco vol. I — 253. Boetius de trinit. cum Martiano de dialectica vol. I. — 254. Alcuinus de rethorica et de dialectica vol. I. — 255. Macrobius de somno Scipionis et de saturnaliis vol. I.

9. London, British Museum, MS. *Sloane 1580* fol. 16r

Magister Lanfrancus (sic) d(ixit): Nomen domini ineffabile, quia littere que quartum gradum tenent tres indicant esse primos aput quos ergo tante rei non est, nec vox esse potuit intellectum significans.

10. Heresford Cathedral Library, MS. I, IV, fol. 17v

Lanfrancus superfluum hoc iudicat. Dicit enim hec omnia in superioribus contineri reprehensionibus. Non est autem fides habenda verbis illius.

[glossa a *De inventione* I, 48, 89]